

Bibliothèque numérique

medic@

Taquet, Jérôme - candidat / Thibault,
Louis - président. - Suntne crises, per
urinas quàm per sudores, meliores ?

1597.

[Paris]

Cote : ms 73 n°262

QUESTIO MEDICA.

QVOD LIBETARIIS EXAMINANDA DISPUTATIONIBVS IN SCHOLIS 262

Medicorum die Iouis 19. Nouemb. clarissimo viro M. Ludouico Thibault
doctore Medico & moderatore prudentissimo.

Suntne crises, per urinas quàm per sudores, meliores?

V Crises in morbos incident solas, qui ab humorum prauitate oriuntur, sic non omnes ab eorum vitio nati per eas iudicantur. Alij cum sint acuti, alij diuturni: illi indicij acuticij constantes ac ratos efficiunt motus, nec supra decimum quartum diem liberationis moras protrahunt. Diuturni (quorum ut obscurior, et difficiolor, sic certior tutiorque prognosis) sine doris signis manifestis initia sua decurrunt, et autem aut coctione semper, iudicio nunquam soluantur. Denique xpius xpius, omnibusque in morbis, in quibus iudicio natura cum morbo decernit, excretionem tentata, impetratque, à periculo vindicat ac eximit.

Reliquae faciunt haemorrhagia, diarrhaea, vomitus, urina, et sudor, quas ab excretis naturalibus prudens excluderit nemo: eadem felici euentu, optatiorque, agri successu, erumpunt die critico, non semper una et singula, neque omnibus morbis indiscriminatum obsequuntur. Ventriculus, mesenterium, hypochondria phlegmonosa, iuxta signa perfecte indicantur. Atrabilaria aperta, fluentisque hamorroides sanant, alioqui infrequentes. Vterina profusa, acuta febre laborantes, ab interitu redimunt. Haemorrhagia xpius febres ardentes, viscerum phlegmonas curat, biliosus in morbis, naturis, atatibus, semper expectenda.

V RINAE (proprium Iecoris, aliàs potius, aliàs feri, excrementum) omnes, qui in venis concluduntur, humores expurgantes, partim excretrice, partim secretrice vi, renibus insita, in vesicam delata, redduntur, solius venosi generis, naturaliumque facultatum, non delirij, non animalium indices. Urina fida: Tenuis non semper ominosa: Crassa crisi appetente salubres. Nec parca, nec multa, critica. Copiosa xpius in perniciem, die critico in agri solatium, salutemque, profunduntur. Alba cruda, semper in phrenitici mala: Nigra concocta, et optimi indicij. Perirrhæa, in qua urina, nec ex toto decedunt, nec à renibus prolestantur, et pars, et corpus vniuersum, expurgatur. Acuti morbi per urinas prauorum humorum mædici deponunt. Splenici materia Thoracici purulenta illuc ad renes, et vesicam transmissa, perfecte liberantur.

SUDORVM verò, in his, quæ per corporis summa, corpus exhauriunt, præter ædidi ædidi, magnum momentum: Ibi, liquidi serosiq; humoris, transfectionis alimentaria munere, officioque, perfuncti, tanquam emissaria, cum copia, tum qualitate, diti tñs diti tñs, varij. Mulieres, Pueri, Quibus humida aluus, et in vesicam insita, senes diti tñs. Intermissi, quàm irrequietioris labore, loco opaco, quàm aprico, et in solato, dormienti quàm vigilianti, uberior sudores. Ex posticis (indè enim rigores sudoris critici prodromi) quàm anticis, superis quàm inferis, et diti tñs. Hæctici, hepatici, splenici, hyderici diti tñs. Nullum in quibus aqua. Omnis sudor ex eo succo qui partis molis accedit, caloris aut motus vi, alimenti ultimi, aut humoris alieni reliquias, segregantis, fecernitur. Vterque naturalis, hic tamen criticus, natura et morbi litem dirimit, vita assertor, ac vindex. Frigidus non semper lethalis: Calidus diti tñs et non manans impensè salutaris.

V RINA et sudor pleræque communia habent, quadam propria. Communis utrique materia, affine est: Reciproca solutio, et restrictio: Indicandi iudicandique vices alterna: Eidem crisi parent, sed non æqua forte decernunt. Crises omnes sunt autem et humore noxio expurgato, omnes inquam perfectæ. Siquidem xpius in expurgato succorum excernendorum conditione et motum sequuntur. Tenuis vomitione, sudore, urina, excernuntur: Crassi per alium, haemorrhagia sanguis. Urina et sudori magna salutis laus debetur, sed non par. Alia alii, omnesque, nocturnis diurnæ, præoptabiles. Perirrhæa morbi fomitem, crassioribus recrementis expurgatis, à radice reuellit. Sudor febrium proprius, subsidentibus crassus, liquidiora tantum foras amolitur. Equidem omnino hic crisis est ordo: Haemorrhagia, etiam sterili die interdum secunda, optatissima, proxima diarrhæa, vomitus, perirrhæa, postremus et diti tñs sudor.

Ergo crises, per urinas quàm per sudores, meliores.

Proponebat Hieronymus Taquet Parisinus. Anno 1597.

DOMINI DOCTORES DISPUTAVRI.

M. Claudius Boyuin.

M. Philipp. Hardouin de S. Iaques.

M. Claudius Fauuelet.

M. Ludouicus Dreus.

M. Iulianus Beré.

M. Nicolaus Marchant.

M. Egidius Heron.

M. Ioannes Beau-chefne.

M. Ioannes Riolut.